Ceteꝝ ſi ſic cruciādi ſūt. q̄ ī vita ſua bona re/
ceperūt: et habētib⁹ ↄſolatōꝫ p̄ñteꝫ. ve repoſi/
tū ē ſēpiternū. q̄ſnā eoꝝ poterit eē finis. ſi ſc̄m
m̄ltitudinē ↄſolatōnū ſuaꝝ. dolores app̄hēde/
rint aīas miſoꝝ. Cōſequēs ei vr̄ vt bona oīa
et oēꝫ ſeculi hui⁹ recipiētib⁹ ↄſolatōeꝫ: nihilo/
min⁹ vniuerſū ve et vniuerſi maneāt cruciat⁹
Atṽo ⁊ illō eq̄ ex eadē abrahe ſn̄ia conitiēduꝫ
vr̄. eos q̄ ↄrio ducti ſp̄ū vite p̄ñtia oīa bona r̄
ſpuūt et eligūt mala. oīa bona dn̄i ⁊ oēꝫ habi
turos ↄſolatōeꝫ. Et iteꝝ. Si de penaꝝ diminu
tōne. ſolatiū p̄bere voluero: crudelis ero ⁊ nō
miſericors. Quātū eī ſubtrahā de pena: tātuꝫ
de corona furabor. Tantū min⁹ erit de fructu.
quātū de ſemīe ſubtraxero. Rēnuat ģ ↄſolari
aīa nr̄a hm̄oi ↄſolatōe: ſꝫ memor fit dei et cō/
ſoleť ī eo. Apḋ ip̄m nāq; ip̄a q̄ꝫ tribulatō ma
gna q̄dā ↄſolatio poterit iueniri. Hec bernħ.
Hic ģ hui⁹ vite felicitas diuitē īfelicē fecit. q̄a
vt dic aug⁹. nihil eſt infelicius īfelicitate pec/
cantiuꝫ. q̄ penalis nutriť impunitas. et mala
volūtas velut hoſtis interior roborať. Unde ſe/
neca. Breuem tibi formulam dabo. qua te me
tiaris qua te ꝑfectum eſſe iam ſentias. Tunc

habebis tuū bonū cū itelliges īfeliciſſimos eē felices. Et iterū. Nihil ē īfelicius et demēti⁹eo. cui nihil unq̄ euenit aduerſi. non licuit illi ſe expiri. Et iterū. Te iudico miſerū. q2 nō fuiſti miſer: trāſiſti ſiñ aduerſario viā. nemo ſcit q̄d tu potueris nec tu quidē ipſe. hec ſene. Infelicitas ḋo huius vite: lazarum purgauit et felicē fecit. Pluribꝫ quippe modis purgamur ī iſta vita. Quibuſdā em̄ ē purgatio cruciat⁹ corporis. q̄s eis mali inferūt. aliq̄bus afflictōnes carnis. quas ſibipſi p̄ ieiunia. vigilias et alios labores ingerūt. quibuſdā ḋo caro2 vel reru3 amiſſio. aliq̄bꝫ dolores vel egritudo. q̄buſdam vict⁹ vel veſtit⁹ egeſtas. aliq̄bus ipſius mortis acerbitas. Deinde ſubiūgit. Et ī his oībus id ē inter hec oīa q̄ petis. vnū ē q̄d īpedit. ſ. q2 īter nos et vos chaos magnū firmatu3 ē. i. diſtātia magna merito2 et ſtatuū. firmata ē rigore diuine iuſtitie. vt impoſſibilis ſit trāſit⁹ ab vno ſtatu in aliū: ideo ſubdit. vt hi q̄ volūt hinc trāſire ad vos non poſſint. neq3 inde huc trāſmeare. q2 aīe ſepate ſūt extra ſtatū meriti et demeriti. Vñ criſ. Videre poſſumus. trāſire nō poſſum⁹: et nos videm⁹ q̄d fugim⁹. et vos videtis q̄d p̄hibiſtis. et nr̄a gaudia accumulāt vr̄a tormēta: et veſtra tormēta accumulāt nr̄a gaudia. hec criſ.. Q2 dānati vellēt venire ad locū electo2. ſi eēt poſſibile nō ē dubiū: ſ3 q2 electi vellēt ire ad locū dānato2: nō videt. Vñ ē dicēdū. q2 nō vellēt ire illuc ad manendū: vellēt tamē illuc venire ſi eēt poſſibile ad p̄pinq̄s ſuos liberādū. Iſtō tamē velle itelligit ſm voluntatē naturalis ꝯpaſſionis. nō aūt ſm voluntatē deliberatiuā. in q̄ ꝯformant ſimplicit diuine iuſtitie et diſpoſitōni diuine voluntatis. Noli ḡ diuitē imitari in ſup̄bia vite. q2 vt dicit greg. illic eos a ſorte humiliū iudex ſepat. qui ſe hic ī ſup̄bie cornibꝫ exaltāt. Neq3 ī ꝯcupiſcētia carnis. q2 vt dicit idē greg. nō poſſūt q̄ hic voluptatibꝫ ſue carnis ſeruiūt: illic ī oviū grege numerari. Neq3 in ꝯcupia oculo2. q2 vt idē greg. teſtat. regnū celo2 p̄cipe nequeūt. q̄ hic toto deſiderio terra3 querūt. De qua auaritia etiā criſ. hoc loco dicit. Vbicūq3 abieris philargios et auaros punitos videbis. et nūc quide3 audiēt: chaos ē inter nos et vos: nūc aūt. ite maledicti ī ignē eternū. q̄ parat⁹ ē dyabolo et āgelis ei⁹: et vbiq3 abactos eos aliq̄s videbit. et nuſq̄ locū habētes q̄ in gehennā. Que itaq3 recte fidei nob ē vtilitas ad ſalutē: hec cū audierim⁹. Illic ē ſtridor dentiū et tenebre exteriores. et ignis parat⁹. hic aūt ſūt īimicitie. accuſatōes. detractōes. pericula. ſolicitudines. iſi die. et ab oībꝫ odio haberi: etiā ab his q̄ videntur adulari. Philargiu3 deniq3 vniuerſi ſimul ꝯtriſtāt: ⁊ īproperiū vltimū ē auaritia. Si ei pecunias deſpicē nō ſuſtinet. quō ſupabit vnq̄ ꝯcupia3 et glorie īſaniā et furorē ⁊ irā. hec criſ. Poſtq̄ ḡ: vt dicit greg. Ardēti diuiti ō ſe ſpes tollit: ei⁹ anim⁹ ad p̄pinq̄s q̄s reliq̄rat recurrit. Vñ ſeq̄t. Rogo ḡ te pater vt mittas eū in domū p̄ris mei. Habeo ei q̄nq3 f̄res. vt teſtet illis ne et ipſi veniāt in locū hūc tormētorū. Nō dixit hoc caritate duct⁹. quā añ mortē nō habuit. nec poſtea acq̄ſiuit: ſ3 timore ſuūli ne in ipſo2 ꝯſortio ei⁹ pena augeret. q2 fuerat eis occaſio peccādi. tū rōne diuitia2 quas eis dimiſerat ad abuſū. tū exēplo male vite q̄d eis dederat ad ſequēdū. Vñ greg. Qua ī re notandū ē. ardēti diuiti quāta ſup̄plitia cumulant. Ad penā nāq3 ſua3 ei cognitō ſuat et memoria. Cognouit em̄ lazarū quē deſpexit. et frat2 ſuo2 meminit q̄s reliquit. Vt em̄ peccatores ī ſup̄plitio ampli⁹ puniant: et co2 videt gloria3 q̄s ꝯtēpſerūt: et de illo2 pena torquetur. q̄s iutiliter amauerūt. Petēti aūt diuiti vt lazar⁹ mitteret ab abraha3: p̄tin⁹ reſpōdet. Habent moyſen q̄ docuit moralia et agēda. ⁊ p̄phetas q̄ docuerūt miſtica et credēda: et iſta ſufficiunt ad ſalutē: ideo ſeq̄tur audiāt illos. Ex hoc pt3 q2 iſte diues et f̄res ei⁹ erāt ō gēte iudeo2. quia gētiles nō habebāt doctrinā moyſi et p̄phetarū Vt em̄ dicit criſ. vocat hic moyſen et p̄phetas. ſcripta moſayca et p̄phetica. S3 vt dic greg. q̄ dei v̄ba deſpexerat hec audire nō poſſe ſuos ſequaces eſtimabat. Vñ ſequit. At ille dixit. Nō p̄r abrahā: ſ3 ſiq̄s ex mortuis ierit ad eos: penitētiā agēt. In q̄ implicat. q2 ext pnia3 erant et p̄ ꝯſequēs ī via veniēdi ad inferni tormēta Quaſi dicēt. pl⁹ credēt mortuo q̄ ſcripture. morti ex nūtio ſic mirabilit eis apparēte. S3 mox diuiti ſnīa veraci r̄ndet. Si moyſen q̄ fuit tante auctoritatis. et p̄phetas. q̄ fuerūt tāte ſāctitatis: nō audiūt. auditu iteriori. neq3 ſiquis ex mortuis reſurrexerit: credēt ei. Hoc patuit per effectū. q2 lazaro reſurgēti et xp̄o teſtimoniū p̄hibēti nō crediderūt: ſ3 magis eū occidē voluerūt. Similit nec xp̄o reſurgēti crediderūt: ſed magis falſo ſuaſerūt ipm̄ nō r̄ſurrexiſſe. ⁊ corpus a diſcipul' ſuis furatū fuiſſe. Vñ gregori. Quia ſi v̄ba legis deſpitiūt: redēptoris p̄cepta q̄ ex mortuis r̄ſurrexēit. q̄nto difficiliora ſt: tāto hec difficili⁹ īplebūt. Vbi ⁊ criſ. Conſidera q2 q̄ſq3 mortu⁹ ſu⁹ ē. q̄cūq3 ḋo dicūt ſcripture: dic dn̄s. Vñ etſi reſurgat mortu⁹. etſi celit⁹ deſcenderet angel⁹ oībꝫ magis ſt digne fide ſcripture Nā angelo2 dn̄s viuo2 et mortuo2 iudex eas īſtituit. hec criſ. Hec ḡ p̄miſſa ꝯſiderātes: tolerem⁹ ea q̄ tpaliter moleſtāt: ⁊ refrenem⁹ nos ab his q̄ tp̄aliter delectāt. Vt etiā dic hieron. miſerie delitijs et delitie miſerijs ꝯmutant: et ī nr̄o arbitrio ē. vel diuitē ſeq̄ vel lazarū. Vñ et criſ. Siquādo egrotam⁹. ſi paup̄es ſum⁹. ſi frigore ꝯficimur. ſi hoſpitiū nō habem⁹ letemur et gaudeam⁹. lazarū cogitem⁹. accipiam⁹ mala ī vita nr̄a. et diuitis nos tormēta terreāt et paup̄is exēpla p̄uocēt. Dep̄cemur dn̄m vt latronē. et iſtū lazarū paup̄e3 imitemur. Si p̄ſecutō venerit: imitemur latronē. ſi pax fuerit: imitemur lazarū. Et egeſtas p̄pter xp̄m bn̄ tolerata facit martiriū. ⁊ iterū. S3 dices. Nō ē aliq̄s q̄ hic ⁊ illic veia p̄fruat. hoc q̄dē difficile ē ⁊

de numero impoſſibiliũ. Naꝫ etſi pauptas non vrgeat: vrget tamẽ ambitio. Si egritudo nõ ſtimulet: ira inflãmat. Si tẽptatões nõ impe- tãt: emergũt ſepe cogitatões inique. Nõ ẽ aũt paru9 labor iracũdiã refrenare. ꝯpeſcere illi- cita deſideria. oſtẽtatões ſedare. deſpectões re- mittere. vitã aſperã ducẽ: talia ũo nõ agenteꝫ impoſſibile ẽ ſaluari. hec criſ. Si g̃ tpales mi ſerie terrẽt. aut delitie delectãt: eterne tibi in mẽtẽ veniãt: et oculis tuis occurrãt: vt ſic fa- cilius tpales miſerias pferre et eternas euade re. ac tẽporales delitias fugere: et eternas ꝯſe qui merearis. Vñ greg. Si bonũ diligit: mẽs in bonis melioribus. i. celeſtibꝫ delectetur. Si malũ metuitur mala aĩe eterne ꝓponãtur. Vt dũ illic eẽ ꝯſpicit: et ampli9 qð diligat. ⁊ ãpli9 qð ptimeſcat: hic omnino nõ adhereat. Vñ et aug9. In pñti vita et delitie tpales dulces ſũt et tẽpales tribulationes amare ſunt. Si quis nõ bibat tribulatõis poculũ: metuẽs ignẽ ge- hennalẽ! Et quis nõ ꝯtemnat dulcedinẽ ſeculi inhyans bonis vite eterne! Et iteꝝ. Si forte temptãt fluctus ꝯcupiẽ: intuearis quod pmi- ſit deus: et dulcedo pmiſſoꝝ facit te ꝯtẽptorem dulcedinuꝫ ſeculi. Pro eo qð pmiſit deus con- tẽnis tpalẽ felicitatẽ. pmiſit rquiẽ patere mo- leſtiã. minatur ignẽ ꝯtemnere tẽporales dolo res. hec aug. Vñ etiã criſ. Mala carnalia ideo a deo creata ſũt. nõ vt timeãtur: ſed vt p eoꝝ timorẽ mala ſpiritualia magis timeãt. Bona carnalia ideo creata ſũt. vt p hmõi bona car- nalia: intelligant ſpiritualia: et magis diligã tur. hec criſ. Vt aũt temporales felicitates et voluptates melius ꝯtemnas: cogita cariſſime et vide. quib beatitudinis ſiue in ſpe ſiue in re felicitates pterire et voluptates in te effecerũt et ſic iudica de futuris. Pro his eñi omnibꝫ nõ niſi tormentũ remanebit et luctus. Vñ ĩ apo- ca. Quantuꝫ glorificauit ſe et in delitijs fuit: tantum date illi tormentũ et luctũ. Requiem ergo lazari et penam diuitis ꝯſiderantes. pau peres nõ deſpitiamus. nec inimici oculo aſpi- tiamus: ſed vt patronos ⁊ aduocatos in die iu ditij ipos honoremus: et eoꝝ indigẽtijs p viri- bus ſuccurramus. imo dominatorẽ omniũ nu dũ circuentem. et ianuas ex ianuis trãſmutã tem. et ſemp ad exitus ſtantẽ: et manus extẽ- dentẽ: deſpici vel honorari ĩ eis certiſſime ſcia mus. Ipſe eĩ dic. quicquid vni ex minimis me- is feciſtis: mihi feciſtis. Vñ greg. Fratres mei et requiem lazari et penã diuitis cognoſcẽtes ſollerter agite. culparũ veſtrarũ interceſſores querite: atqꝫ aduocatos vobis in diem iuditij paupes pcurate. Cũ quoſlibꝫ ĩ hoc mũdo abie- ctos aſpicitis. etiã ſiqua rephenſibilia eorum eſſe videantur: nolite dſpicere. Qui fortaſſe qs moꝝ infirmitas vulnerat: medicina pauperta tis curat. Quoꝝ ſiq̃ ſũt talia. q̃ debeãt iure rep hẽdi: panẽ pariter detis ẽ vbũ. panẽ refectõis cũ vbo refecti correptõis. Et duo a vob alimẽ- ta pcipiat q̃ vnũ q̃rebat. dũ exterius cibo et ĩ- terius ſaciat in eloquio: paup g̃ cũ rephenſi- bilis cernit: moneri debet et deſpici nõ debet. ſi ũo rephenſionis nihil habet: venerari ĩ ſũmo- pere debet. Et iteꝝ neceſſe ẽ. vt cũ nature nr̃e ꝯſortes. exteriora nõ habere ꝯſpicim9: q̃mul ta deſint nobis interiora bona pẽſem9. Quate nus ſeſe ſup ĩopes cogitatõ nr̃a nõ eleuet. cũ ſollerter videt. quia nos tantodeterius: quan- to interius ĩdigentes ſum9. Negant electis in hac vita bona terrena. qꝛ et egris q̃bus ſpes viuẽdi ẽ. nequaq̃ a medico. cũcta q̃ appetũt cõ cedunt. Dant aũt reprobis bona q̃ appetunt qꝛ et deſperatis egris omne qð deſiderãt nõ ne gat. Vñ et ambro. Cõtinuus ſucceſſus tẽpora liũ: eterne reprobatõis ẽ iuditiũ. Vñ etiã au- g9. Tu ꝯſolatio ſempiterna. q̃ ſolis illis de tri- buis qui ꝯſolatõeꝫ hui9 mũdi p ꝯſolatõe tua ꝯ temnũt. Nã qui hic ꝯſolant: indigni tua ꝯſo- latõne habent. ſꝫ q̃ hic cruciant: a te ꝯſolãtur et qui pticipãt paſſionibꝫ: pticipãt ꝯſolatõni- bus. Nemo eñi pt in vtroqꝫ ſeculo ꝯſolari. nec pt quis hic ⁊ in futuro gaudere: ſꝫ vnã neceſſe ẽ pdere q̃ alterã vult poſſidẽ. hec aug. Hec igit pmiſſa bene ꝯſiderata. et diuitibꝫ et paupibus valde ſũt nccia qꝛ et illis dant timoreꝫ: et iſtis ꝯſolatõeꝫ. Audiant hic diuites penas ſuas: et paupes gaudia ſua vt illi terreant ⁊ iſti mul- ciant. Sꝫ heu parũ hec attẽdim9. et memoriã eoꝝ cũ ſonitu trãſire permittimus. Oratio.

Domine ih̃u xp̃e. cũ ſim omnino paup ṽtutibꝫ. plen9 peccatoꝝ vlceribꝫ. mẽdi cus ante ianuã tue miſericordie poſit9 cupiẽs ſaturari de micis exemploꝝ. q̃ cadũt de mẽſa diuituꝫ filioꝝ tuoꝝ. q̃ induunt purpura paſſionũ. et epulant quottidie ſplendide fercu lis ṽtutũ. Veniãt canes doctores tui: vt ligant vulnera peccatoꝝ meoꝝ. vt moriens mũdo: de- porter ab angel' in ſinũ ꝯtẽplatõis celeſtiũ: au diã moyſen et ꝓphetas declinãdo a malo: et fa- ciendo bonũ. vt ex mortuis operibꝫ reſurgens ſperẽ vitã habere eternã.

## De reſuſcitatõne Lazari. Capitulum decimũſeptimũ.

Dum autẽ eſſet ih̃s cum diſcipulis trãſiordanẽ in loco vbi iohãnes pmũ baptizauerat: conti- git lazarũ frẽm marie et marthe ĩ firmari ĩ bethania. q̃ ide p dietã vl' circa diſta bat. Sorores g̃ ei9 curatõeꝫ frĩs ſui deſiderãtes miſerũt nuntiũ ad ih̃m. vt ipas a dolore et illũ a lãguore liberaret: dicẽtes. Dñe. ecce quem a- mas infirmat. Nihil ampli9 mãdant ei. Suffi cit eñi amãti inſinuare neceſſitatẽ amici. abſ- qꝫ alicui9 petõis additamẽto ſpãli. Qui ei pri- mũ ĩ neceſſitate deſerit. nec ei ſuccurrit: amic9 ei9 ñ ẽ: nec eũ diligit. Vñ aug. Nõ dixerũt. veni ⁊ ſana. ñ auſe ſũt dicẽ. ibi iube ⁊ hic fiet: ſꝫ tñi ecce quẽ amas ĩfirmat. q. d. Sufficit vt noue ris: nõ eñi amas et deſeris. Vñ et criſ. Per hoc eñi ad miſerẽdũ volũt attrahere xp̃m. Iõ aũt nõ ienerũt ad xp̃m: ſꝫ mittũt: qꝛ ꝯfidebãt d xp̃o vehemẽter. et qꝛ a luctu detinebantur. Et fm

theophilū. q꞉ mulieres erāt. q̄s nō decet defaci
li domū exire. Magnā aūt ſpē ꝺ xp̄o habebāt
diligebat em̄ xp̄c marthā actuoſā et mariam
ꝯtēplatiuā q̄ triſtes erāt. et lazaꝝ q̄ ī figura pe
nitētiū lāguebat. quiqꝫ ei officiū hūanitatis ſe
pe exhibuerāt. Hoc addit euāgeliſta. ad oñdē
dū q̄re nō oportuit ꝙ martha et maria irent
ꝑſonaliter ad xp̄m. q꞉ xp̄c erat familiaris la-
zaro et eiꝰ ſororibꝫ. et ibi frequenter veniebat
ad hoſpitādū. Vñ aug̉. Ille lāguens. iſte tri-
ſtes. oēs dilecti. Habebāt ḡ ſpē. qm̄ diligebā
tur ab eo. q̄ erat dolentiū ꝯſolator: languētiū
ſanator. Spiritualiter lazarus q̄ īterp̄taē
a deo adiutꝰ. penitētie ſignificat vitā: ī die em̄
ſalutis. hoc ē ī die pn̄ie qn̄ verꝰ ſol illuxit. au-
xiliaē deꝰ et adiuuat. Martha aūt ꝓuocans in
terp̄taē. q̄ ſignat vitā actiuā. ī qua taꝫ v̄tutis
delectatōe: ꝙ exēpli boni oſtētatōe. ſēꝑ hō ad
meliora ꝓuocaē. Maria v̄o interp̄taē illumia
trix. et ſignat vitā contemplatiuā qua hō illu
miaē. ſm̄ illō apocꝭ. mlier amicta ſole et luna
ſub pedibꝫ eius. luminare noctis huiꝰ vite. qō
ſplēdorē huiꝰ mūdi ſignat. ſub pedibꝫ ꝓicit. hec
tria ſūt. q̄ dñs libēter viſitat. ſ. penitētes acti-
uos et ꝯtēplatiuos. Penitētes ī grā ꝯpūctōis
actiuos ī ꝑfectu v̄tutis: et ꝯtēplatōis ī purita
te veritatis. Hic nota ꝙ illi q̄ xp̄o plus ſūt di
lecti. qñqꝫ plus īfirmāē. et grauiora mala ſu-
ſtinēt q̄ alij. Sicut em̄ medicꝰ timēs de morbo
ꝑiculoſo. vt de acuta: īducit tercianā. vt acu-
ta euiteē: ſic xp̄c īducit īfirmitates corꝑales.
vt morbus aīe ꝑiculoſus declineē. q꞉ ſumꝰ ꝓni
ad peccandū et ad malū faciendū. Vñ hugo.
Preſciēs dñs quoſdā multa poſſe peccare. fla
gellat eos ne peccēt: q꞉ vtiliꝰ ē eis frāgi lāguo
ribꝫ ad ſalutē: ꝙ remanere īcolumes ad dam-
natōꝫ. hec hugo. Sꝫ attēdant hi q̄ infirmanē
vꝫ tribulanē vt ſe corrigāt. q꞉ ille q̄ iacit ſagit
tā vel lapidē poſt ſignū. quāto iacit frequētius
tāto ꝓpinquiꝰ. ita ꝙ ī fine qñqꝫ ſignū tāgit: ſic
pꝰ nos q̄ ī mūdo ſicut ſagitte ſignū ſumꝰ. mors
vel deꝰ iacit frequēter ꝑ infirmitates et tribu-
latōes: ſꝫ quāto frequētiꝰ iacit pꝰ nos: tāto dire
ctius et ꝑiculoſius: niſi corrigamur. Cū ḡ
dñs ꝑ nūtiū ſoroꝝ lazari accepiſſet eū īfirma
ri: dixit. infirmitas hec nō ē ad mortē. i. ad de
tinendū eū ī morte: ſꝫ ꝓ glīa dei. ſ. vt glorifice-
tur filiꝰ dei ꝑ eā. in oſtēſione v̄tutis ſue: et per
reſuſcitatōeꝫ lazari declareē ī xp̄o veritas di-
tatis. et hic erat finis īfirmitatis. Et māſit ad
huc duobꝫ diebꝫ trāſiordanē ī eodē loco. vbi e
rat: expectādo mortē lazari. q̄ in eodē die mor
tuꝰ fuerat. q̄ dñs nūtiū recepit. Diſtulit ſana-
re vt poſſit reſuſcitare. Ad maiorē ei miracu
li certitudinē et euidētiā expectauit. vt illiꝰ q̄-
driduuꝫ ꝯpleret ac mirabiliꝰ et glorioſius ſu-
ſcitareē. Vñ criſ. Māſit duobꝫ diebꝫ. vt. ſ. expi
raret et ſepeliteē. vt nullꝰ poſſet dicē qm̄ nōdū
defūctū eū ſuſcitauit: ſꝫ ſtupor fuit et ñ mors
Et poſtea iter alia dixit diſcipulis ſuis. Laza-
rus amicꝰ nr̄ dormit: ſꝫ vado vt a ſomno exu-

ſcitē eū. Mortē eiꝰ vocat dormitōeꝫ et ſomnuꝫ
q꞉ cito erat ſurrecturꝰ. Vñ ſm̄ aug̉. dño q̄ po
terat ſuſcitare dormiebat: alijs mortuꝰ erat. q꞉
tā facile īmo faciliꝰ ē xp̄o ſuſcitare mortuuꝫ de
ſepulchro: ꝙ alteri dormiētē de lecto. Ubi ſciē-
duꝫ ꝙ ſomnꝰ accipiē multis modis. qñqꝫ ꝓ ſō-
no nature. Vñ ī iob. Securꝰ dormias: qñqꝫ ꝓ
ſomno mortis. Vñ aplus. Nolumꝰ vos igno-
rare de dormiētibꝫ: qñqꝫ ꝓ negligētia. Vñ ī. p̄s.
Ecce nō dormitabit neqꝫ dormiet: qñqꝫ ꝓ ſom-
no culpe. Vñ aplus. Exurge q̄ dormis: qñqꝫ ꝓ
quiete ꝯtēplatōis. Vñ ī cāticis. Ego dormio ⁊
cor meū vigilat: quādoqꝫ ꝓ q̄ete future glorie.
Vñ in. p̄s. In pace ī idip̄m: dormiā et req̄eſcā
Mors v̄o dr̄ ſomnꝰ ꝓpter ſpē reſurrectōis: ⁊ iō
mors ꝯſueuit appellari dormitō. ab eo tp̄e quo
xp̄c mortuꝰ ē et reſurrexit. Diſcipuli aūt ī-
telligētes de ſomni dormitōe. et timētes reuer-
ti ī iudeā vbi volebāt eū lapidare: dixerūt ei.
Dñe ſi dormit ſaluꝰ erit. dormitō em̄ īfirmi: ſi-
gnū ē ſalutis. Vñ criſ. Diſcipuli aūt impedire
voluerūt eiꝰ aduētū ī iudeā. Vñ dixerūt. Dñe
ſi dormit ſaluꝰ erit. Solet em̄ eē ſomnꝰ egrotā
tiū: ſalutis iuditiū. Quaſi dicāt. Si dormit. ñ
igī vtile ē ꝙ tu vadas ad excitādū eū. Stultū
em̄ erat ira ꝑ tot ſtadia. vt lazarū a ſomno ex
citaret. Tūc ḡ dixit eis ih̄s manifeſte. Laza
rꝰ mortuꝰ ē: et gaudeo. ſ. nō de morte eiꝰ abſolu
te: ſꝫ ꝓpter vos. i. ꝓpter edificatōeꝫ et vtilitateꝫ
vr̄am. q꞉ nō erā ibi. vt credatis. ſ. ampliꝰ ⁊ for-
tiꝰ ꝙ ꝑus. et ex miraculo ſumētes experimētū
diuinitatis mee. ī illiꝰ reſurrectōe. ī fide magis
roboremini cuiꝰ mortē etiā ego abſēs vobꝫ an-
nūtio et reuelo. Vide mirabilē bonitatē ac di-
lectōeꝫ et ſolertiā dñi circa diſcipulos. q̄ indi-
gebāt adhuc maiori robore et v̄tute. Vñ aug.
Gaudeo inquit ꝓ vobis. nā cū illic nō extiterī
ꝯfert ad maioritatē fidei veſtre: qm̄ ſi aſtitiſſē
egrotātē curaſſē. quod eēt modicū ſignum ad
mee v̄tutis iuditiū. Quia v̄o me abſēte ſupue-
nit mors. potius ī fide mea. corroboramini cū
videbitis me poſſe et defunctum putreſcentem
reſuſcitare. Et ſm̄ criſ. dicit hoc. vt iā īciperēt
āmirari. q꞉ dominus poterat dicere mortuum
qō nec viderat nec audierat. vt cognoſcentes
eū nil latere: magis ī eū crederēt. Perrexe-
rūt ergo dominꝰ et diſcipuli eius et venerūt ꝓpe
bethaniā. q̄ erat iuxta hierl̄m. quaſi ſtadijs q̄n
deci. de q̄bus octo faciūt vnū miliare: nec ſta-
tim intrauit. oſtendens ſe ad miracula faciēda
nō ingerere: et vt ꝓbareē deuotio feminaꝝ ſā-
ctaꝝ ſibi occurrētiū. ſ. marthe et magdalene.
Ubi dum adhuc eēnt extra caſtellum: martha
audiuit q꞉ ih̄s venit: ip̄a enim curam domus
habebat. et ideo primo nuntiatur ei aduentꝰ
xp̄i ꝑ aliquē q̄ eū ꝑuenerat: dimittenſqꝫ ſororē
ſuā et iudeos q̄ de hierl̄m et alijs vicinis locis
ad ꝯſolādū eas venerāt. q꞉ nobiles dñe erant:
ſola iuit et xp̄o ꝑuerēē ⁊ deuote occurrit. vñ ⁊
Theophilus. Primo itaqꝫ non pandit ſorori.
volens aſtantes hoc latere. quibus notū fore

aduentum xp̄i nolebat. Un̄ et criſ. Nō aūt aſ-
ſumit ſororē obuiā xp̄o vadēs. Uult enī ſingu-
lariter xp̄o loqui: et quod factū eſt ei annūtia
re. Cū ỽo eā in bonā ſpem duxit: tūc abijt ⁊ vo
cat mariam. hec criſ. Martha ergo dixit ad
ih̄m. Domine ſi fuiſſes hic. localiter preſēs: frī
meus nō fuiſſet mortuus. cū mors locū habere
nō debeat vbi ē vita. Et poſt dyalogū de reſur
rectōe cū dn̄o habitū: abijt et vocauit mariaꝫ
ſororē ſuaꝫ ſilentio: dicēs. Magiſter adeſt ⁊ vo
cat te. Ubi aug⁹. Aduertēdū ꝙ ſuppreſſā voceꝫ
ſilentiū vocauit. Ideo aūt occulte ſororeꝫ vo-
cat. quia ſi ſciuiſſent iudei xp̄m aduenire: rceſ-
ſiſſent et nō fuiſſent teſtes miraculi. hec aug⁹
Maria ỽo vt audiuit ſurgit a quiete ꝯtempla
tōnis: cito per deſideriū cordis: et venit ex ma-
gna deuotōe ad eū extra caſtellū in locū vbi ei
martha occurrerat. Iudei ḡ. hieroſolimite ⁊ a-
lij qui in domo erant cū vidiſſent mariam fe-
ſtinanter abire: ſecuti ſunt eā credentes. quia
iret ad monumentū vt ibi ploraret: et neſciē-
tes ꝙ illic ih̄s eēt. Diuina aūt ꝓuidētia factū ē
vt eam ſequerentur. q: ſm̄ aug. Hec occaſio fe
cit vt plures ibi eſſent. quando lazarus ſuſcita
tus ē: vt tā grāde miraculū quadriduani mor-
tui reſurgētis: teſtes plurimos inueniret. Ma-
ria ergo cū veniſſet vbi erat ih̄s videns eū: ce-
cidit ex deuotōe ad pedes ei⁹. apud quos miſe
ricordiam et peccatorū veniā ſe nouerat alās ꝯ
ſecutā. Et dixit ei. ſicut et martha dixerat. dn̄e
ſi fuiſſes hic nō eſſet mortuus frater meus. Ex
hoc aūt ꝙ maria ſic feſtinauit ad eū. patet ſm̄
aug. ꝙ nō illā ꝓueniſſet martha: ſi ei notus fu
iſſet aduentus ih̄u. Per hoc etiā ꝙ martha et
maria obuiauerūt domino. nō expectātes ad-
uentū ipſius. datur intelligi. ꝙ cū volumus deo
reconciliari: debemus ei occurrere ꝑ peniten-
tiā. anteꝗ̄ ad nos veniat per vindictā: q: nos
peccatores ſumus: ⁊ meruimus ꝑcuſſionē ⁊ pe
nā. Ceſſat aūt: vt dicit ambroſius. diuina vindi
cta ſi ꝯfeſſio precurrat humana. et cū volum⁹
xp̄o frui: eū venientē anticipem⁹. nō expectā-
tes ꝙ ipſe nobis cōdeſcendat: ſꝫ nos potius ad
eū feſtinem⁹. Ih̄s ḡ vt vidit mariaꝫ. et iudeos
qui cū illa venerant plorantes de morte amici.
fremuit ſpū et turbauit ſeipſm̄. humanū demō
ſtrans affectū. in luctu amicoꝝ. Fremebat ex
tra ſonū lugentis emittēs: turbabatur intus
miſeriam conditionis humane ꝯſiderans. Tur
bauit ſe. quem alius turbare non potuit. Nos
turbamur ex neceſſitate: ipſe aūt ex volūtate.
Sic omnes defectus hmōi ſuſcepit: quia volu
it. Un̄ aug⁹. Turbatus eſt xp̄c q: voluit. eſuri-
uit quia voluit. in illi⁹ ꝑtāte erat ſic vel ſic af-
fici vel nō affici. Et nota ꝙ fremit⁹ ꝯſurgit ex
indignatōe ab obiectū. Iſte ḡ fremit⁹ xp̄i ꝓce-
debat ex indignatōe ei⁹ ꝯ dyabolū. per cui⁹ ſug
geſtionē mors intrauit ī mundū. quē erat cito
debellaturus. Turbatō aūt illa: ꝓcedebat ex ꝯ
paſſione lazari et ſoroꝝ ei⁹. q: vt verus hō ex
quadā naturali affectōe flebat cuꝫ flentib⁹. vt
nos inſtrueret ꝙ alioꝝ miſerijs cōpati debe⁹.
Iſte tn̄ paſſiones et ꝯſimiles nō erāt in xp̄o vi
tioſe: ſꝫ magis ỽtuoſe. q: nō erāt ꝓuenientes iu-
diciū rōis: ſꝫ magis ſequētes et ꝑ ipſm̄ excitate
Iſte ỽo fremit⁹ et hec turbatō nos docet: quid
nos ꝗ̄ꝫ ī tali re agē debeam⁹. qn̄ vl' ꝓ nobiſipſis
vel ꝓ alijs ī peccatis turpiter degētib⁹ deū ora
m⁹. Eſt aūt fremit⁹ impet⁹ ire ꝯ vitia ꝓrūpēs:
turbatio ỽo quedā triſtis cū gemitu cordis cō
motio. Et q̄a fides de xp̄o xp̄c ē: ī corde fremit
xp̄c et turbat̄ ī hoīe. qn̄ peccator ꝯputat q̄ bo-
na accepit. q̄ mala reddidit: et de peccatis ſe in
crepat et rephēdit. Et dixit eis ih̄s. Ubi po-
ſuiſtis eū. Interrogat nec ignorat. ī q̄ miſtice
innuit ſe hmōi peccatorē neſcire: cuiuſmodi ꝑ
lazarū ſignificat̄. Un̄ gloſa. Qui abſens ſciuit
mortuū: ſcinit vbi eſſet ſepult⁹. Sꝫ ſic dicens.
ſignat ſe quaſi neſcire ꝑditū hoīeꝫ. Un̄ dr̄. non
noui vos: et adā vbi es. Dicūt ei. Dn̄e veni et
vide. Uenit dn̄s ꝑ ꝯpaſſionē: et vidit oculis mi
ſeri cordie: quia vt ait aug. Uidet dn̄s qn̄ miſe-
ret̄. Et affectū ſuū lacrimis demonſtrās. ih̄s
lacrimat⁹ ē humanit⁹ ex pietate. miſtice docēs
hoīeꝫ ꝓpter pcm̄ fletib⁹ īdigere: et ſignificans
eos q̄ peccati morte ſopiūt̄. vt reuiuiſcē q̄ant
plangēdos eē. Un̄ alchuin⁹. Quia fons pieta-
tis erat: flebat ꝓ ꝑte humanitatis. quē reſuſci
tare poterat ꝑ potētiam diuinitatis. Et beda.
Quare aūt fleuit xp̄c: niſi q: hoīb⁹ flere docu-
it. Lacrimamur igit̄ et nos ꝓ nob. et oīb⁹ illis
q̄s ī fetore vitioꝝ iacē ſentim⁹: ſi forte nr̄is la-
crimis nos et eos dn̄s reſuſcitare dignet̄. Ut
aūt ait aug⁹. Legit̄ xp̄m ſuꝑ lazarū fleuiſſe. ī
orōib⁹ ꝑnoctaſſe. ex itinere fatigatū fuiſſe: nū
ꝗ̄ aūt riſiſſe aut ꝓſperatuꝫ fuiſſe. Un̄ et criſo-
Flentē quidē illū frequēter īuenies: nūꝗ̄ ỽo ri
dētē: ſꝫ nec leuiter ſaltē ſubridentē vel gaudētē
Et nota ꝙ dn̄s nō fleuit lazarū mortuū: ſꝫ ad
hui⁹ vite miſerias et erūpnas reſuſcitandum.
Un̄ nec ꝓ nr̄a nec ꝓ alioꝝ morte triſtari debe⁹.
Quō enī ab eo ꝑmijs honorabimur: ad quem
veīm⁹ īuiti! Nā ſm̄ aplm̄. Coronā iuſtitie red-
det dn̄s his q̄ diligūt aduentū ei⁹. Et quid tā-
topere vitā deſiderem⁹: ī q̄ q̄ntomagis q̄s fue-
rit. tāto maiori ſarcina pc̄toꝝ onerat⁹ erit. vel
certe dn̄s mortē fleuit. quā hō peccādo īcurrit
ac miſerias et erūpnas hūano generi ꝓ culpa
indictas. Si ei peccatū nō ꝓceſſiſſet: ſine du-
bio mors ſecuta non fuiſſet. Secuta ē ḡ mors
etiā corpis quā ꝓceſſit mors aīe. Et ih̄s rur
ſū fremēs ī ſemetipſo etiā īdignat⁹ ꝯ malitiam
iudeoꝝ. d factis ſuis iniq̄ murmurātiū: venit.
mot⁹ miſcdia. et ꝯpulſus ꝯpaſſione: ad monu-
mētū qd erat ſpelūca. habēs lapidē ſuppoſituꝫ
Et dr̄ monumētū q̄ſi monēs mētē. ſ. illi⁹ q̄ aſpi
cit. vt ꝓ aīa ſepulti oret: ac de morte ꝓpria ꝓco
gitet: ⁊ ad eādē ſe diſponat. Rurſū fremuit vt
det itelligē eos q̄ a pc̄tis debēt rſurgē. in conti
nuo luctu ꝑſiſtere. ſm̄ illud. pſ. tota die cōtri-
ſtatus īgrediebar. Sepe ḡ ſe ploret pc̄tor. ſepe
fremat xp̄c ⁊ ſbet̄ in hoīe. ſi vult reuiuiſcere.

Et iuſſit iħs tolli lapidem ſuppoſitū. vt oēs vi-
derent mortuū fetidū ⁊ corruptū: ſꝫ ꝯtendebat
Martha dicēs ad eū. Dñe iam fetet quadridua
nus enī eſt. Timebat remoto lapide poti⁹ feto-
rem excitari. q̄ frēm reſuſcitari. Quaſi diceret
Licet aliq̄n reſuſcitati ſint mortui recenter et
poſt paululū. tñ q̄ iaꝫ quadriduanus ex fetore
reſolutus reſuſcitet̄. nō eſt ſic auditū. Et hoc
videt̄ pceſſiſſe ex ādmiratōne Marthe ⁊ ei⁹ igno-
rantia. q: eiuſdem virtutis ē ſuſcitare recenter
mortuū ⁊ quadriduanū. Vide mirabilē amorē
iſtaꝝ ſororū erga dñm iħm. nolebāt enī q̄ etiā
fetor nares eius tangeret ad modicū. Dein-
de ſublato lapide iħs eleuatis oculis in celū pa
tri p exauditōne ſua. grās egit ad fidei edifica-
tōnem. vt circūſtantes hoc audiētes. ⁊ virtutē
dei in eo videntes: crederēt eū filiū dei. Vñ Hy-
larius. Nō p̄ce eguit. nobis orauit. ne fili⁹ igno
raret̄. Cum enī ſibi nō pficeret dep̄catōnis ſer-
mo. ad pfectum tñ noſtre fidei loquebat̄. Non
inops ḡ auxilij. ſꝫ nos ſumus inopes doctrine
Ideo etiā orauit. vt in neceſſitatib⁹ ad orōnis
ſuffragiū eſſe recurrendū nos doceret. Et no-
tandū q̄ orare patrē ⁊ exaudiri. conuenit xp̄o
ratōne humanitatis. in qua eſt minor patre. n̄
aūt ratōe diuinitatis. in qua ē ei equalis. Ora-
turus ḡo gracias p exauditione egit. q: iam ſe
auditū cognouit. Vñ Origenes. Erat enī oratu
rus p reſurrectōne Lazari: ſꝫ p̄ueniēs illi⁹ ora-
tōnem. qui ſolus bonus pater eſt exaudiuit di-
cenda. Pro impletōne ḡ oratōnis ſubdit grāꝝ
actōnes dicens. Pater gracias tibi ago. qm̄ ex
audiſti me. Hec Origenes. Per hoc q̄ iħs oclos
leuat in celum. oñdit nobis formam orandi. q̄
eſt p eleuatōem mētis in deū. Unde inſtruimur
vt in oratōne leuemus ſurſum ad deum oculos
mentis noſtre. erigendo ⁊ remouendo illos a p̄
ſentib⁹ rebus. memoria. cogitatōne ⁊ intentōe.
Oculos etiā ad deum leuamus: qn̄ nō cōfiden-
tes de meritis noſtris. de ſola miſcd̄ia dei ſpera
mus. Per hoc aūt q̄ in pricipio oratōnis gra-
cias agit. dat̄ nobis exemplū. vt cū orare volu
mus. anteq̄ futura petamus. p receptis benefi
cijs deo gracias referamus. Deus enī ex grāꝝ
actōne de p̄teritis puocat̄. ad p̄ſtanda bñficia
ſequētia facilius. Deinde voce magna poti⁹
virtute q̄ clamoris intentōne clamauit. Laza
re veni foras. ſ. q̄tum ad corpus de ſepulchro
⁊ q̄tum ad animā de inferno. ⁊ ſic Lazarū vo-
cis ſue virtute ſuſcitauit. Ubi ſm Origenem ē
conſiderandū. q̄ mora tollendi lapidem adiacē
tem ex ſorore defūcti cauſata ē. ⁊ ideo tamdiu
reſuſcitatio fratris dilata ē. q̄diu xp̄m p ver-
ba detinuit. ſꝫ ſtatim cū xp̄i mandatū obedien
do exequit̄. frater reſuſcitat̄. vt p hoc diſcam⁹
nihil interponere inter iuſſa xp̄i ⁊ executōem
ipſorū. ſi cupimus q̄ ſtatim ſequat̄ ſalutis effe
ctus. Scd̄m illud Pſal. In auditu auris obedi
uit mihi. Et nota q̄ vox xp̄i magna dicit̄ pter
virtutis magnitudinē. nam tanta virtus eius
fuit. q̄ ſuſcitauit Lazarū a morte quēadmodū
ſuſcitat̄ dormiēs a ſomno vel ſopore. Vox etiā
iſta magna. rep̄ntatiua eſt illius vocis magne
q̄ erit in ꝯmuni reſurrectōne. p quā oēs de mo
numētis reſuſcitabūt̄. Tanta ei erat virtus h⁹
vocis xp̄i. vt abſq; tp̄is dilatōne. vitaꝫ ꝯferret
ſicut erit in reſurrectōne ꝯmuni. qn̄ i ictu ocu-
li mortui audiētes tubam reſurgēt. Clamauit
inquā Lazare veni foras. quē ſm Augu. iō ex
pprio nomīe vocat: q: tanta erat virtus vocis
ei⁹. q̄ pariter oīs mortui cogerent̄ exire. niſi
p expſſionē noīs. virtutē ſuā ad vnū determiāſ
ſet. Et nō ſolū ſuſcitatus eſt Lazarus ſꝫ pdijt ⁊
exiuit. licet eſſet ligatus manus ⁊ pedes inſti-
tis. i. faſcijs quib⁹ antiqui mortuos iuoluebāt
⁊ facies eius ſudario ligata erat. ne. ſ. horrorē
faceret. In quo virt⁹ diuina ⁊ miraculi certitu
do declarat̄. iō enī ligatū ⁊ cooptuꝫ reſurgere
iuſſit. vt miraculū magis approbaret̄. Vñ dñs
diſcipulis p̄cepit. vt eū q̄ foris ligatus appare-
bat ſoluerēt. ⁊ ſinerēt abire. vt p opa vite oñde
ret̄ vere ſuſcitatus ⁊ nō fantaſtice. Hic ē no-
tandū q̄ mors aīe. eſt aīe a deo derelictio dāno
ſa. qd̄ fit p pc̄m mortale. quo deus repellit̄ ab
aīa. Vñ ſm Augu. mors aīme fit. cū deſerit eaꝫ
deus. ſicut corpis. cū id deſerit aīma. Quatuor
aūt pgreſſib⁹ mors aīe pficit̄. ⁊ ſic quadridua
nus mortuus dici meret̄. Prima ē q̄ſi titilla-
tio delectatōnis in corde. Secūda ꝯſenſio. Ter-
tia factum. Quarta ꝯſuetudo. Sꝫ deus ab hac
morte aīam ad vitā reſuſcitat p graciam. qua
aīa deo recōciliat̄. Quia ſicut corp⁹ viuit ex cō
iunctōne aīe. ſic aīa dicit̄ viuere ex vnione dei
p graciā. Et hec viuificatio ſignificat̄ i reſuſci
tatōne Lazari de ſepulchro. In reſuſcitatōe
enī Lazari plura facta ſūt. q̄ miſtice ad reſuſci
tatōem pc̄oris ꝯcurrūt. Nā eo ordine q̄tidie
pc̄or reſuſcitat̄. q̄ Lazarus reſuſcitatus dicit̄
⁊ talis fit quottidie pceſſus in reſuſcitatōe aīe
a morte pc̄i. q̄lis fuit in reſuſcitatōe lazari de
fetore ſepulchri. Primū ḡ qd̄ requirit̄ ad reſu-
ſcitatōem pc̄oris. eſt notitia diuina actualis.
q̄ deus reſpicit pc̄orem in aliq̄ tpe certo. ⁊ hec
ſignificat̄ p hoc q̄ ſorores lazari miſerūt nūci-
um ad iħm ſibi de īfirmitate lazari notificādo
Secundū ē auxiliū qd̄ de⁹ porrigit hoī. vt libe-
rū arbitriū moueat̄ in deū. vt aīma p pc̄m a
deo auerſa. ꝯuertat ſe ad ip̄m. nō enī ē volētis
velle neq; currētis currē: ſed miſerētis dei hec
donare. ⁊ iō reqrit̄ auxiliū diuinū. vt nos me-
li⁹ ad grām diſponam⁹. ⁊ hec porrectio diui au
xilij ſignat̄ p hoc. q̄ iħs ad lazarū ire ē digna-
tus. Tertium ē mot⁹ liberi arbitrij nr̄i. q: ſm
Augu. licꝫ de⁹ creauit te ſine te: nō tñ iuſtifica
bit te ſine te. ⁊ iō ex pte nr̄i reqrit̄ mot⁹ liberi
arbitrij: q̄ duplex ē: vnus q̄ mouet̄ ſup pc̄m.
vt. ſ. pc̄m diſpliceat. ali⁹ q̄ mouet̄ in deū p fidē
⁊ ſpem. q̄ deū ſibi recōciliari deſideret. ⁊ hi duo
mot⁹ notant̄ p occurſū duaꝝ ſoroꝝ. ſ. marthe
⁊ marie. ita q̄ prim⁹ mot⁹ intelligat̄ p marthā
q̄ prior occurrit. ſcd̄us p mariā q̄ venit vocata
p marthā. ſic ei hic ex prio motu puocat̄ ſcd̄us

# De conſpiratione pontificum et phariſeorum

Quartū eſt cognitio peccati. in quā deus q̄ren
do reducit hoīem. vt homo ſe cognoſcere ſtude-
at: quē de⁹ q̄rendo q̄ſi neſcire ſe ſignificat. ⁊ hoc
ſignat̄ ꝑ hoc ꝙ interrogauit vbi eū poſuerūt.
Quintū ē gracia ꝯtritōnis. q̄ ſequit̄ motōem li
beri arbitrij ⁊ cognitōem pc̄ti. ⁊ hec ſignificat̄
ꝑ lacrimatōem xp̄i. q̄ quidem lacrime ꝓceſſerūt
ex fonte diuine miſcd̓ie. et his lacrimis q̄tidie
pc̄tor ꝑfundit̄. cuꝫ ſibi hec grā̄ infūdit̄. xp̄c em̄
nō ē lacrimat⁹ ꝓ morte Lazari corꝑali: ſʒ pro
morte pc̄toris ſpūali. q̄ in Lazaro repn̄tabat̄.
Caueat ḡ pc̄tor ne lacrimas xp̄i cōtempnendo
grā̄m ſibi euacuet: ſʒ poti⁹ cuꝫ xp̄o flente pc̄ta
ſua defleat. ⁊ ſic effectū lacrimaꝝ xp̄i ſuſcipiat
Sextū ē ꝓpoſitū cauendi pc̄ta in futurū. et hoc
notat̄ in eo ꝙ p̄cepit amoueri lapidem. Tūc eī
lapis de ſepulchro tollit̄. cū durities ꝓpoſiti pec
candi ⁊ moles male cōſuetudīs de corde amo-
uet̄. Et cū lapis d̓ponit̄. tūc feditas cadaueris
detegit̄. Vn̄ dixit martha. Dn̄e iā fetet. ſic du-
ritia cordis āmota. videt̄ vilitas pc̄ti. ex q̄ ſeq
tur pc̄ti abhomīatio. ⁊ ꝯcipit̄ ꝓpoſitū vlterius
nō peccādi. Septimū eſt gr̄e infuſio q̄ iuſtifi-
cat̄ impius. ⁊ hoc notat̄ cū clamauit voce ma-
gna dicēs. Lazare veni foras. Clamor magnus
ſignat magnitudinē diuine virtutis. q̄ exigit̄ ī
iuſtificatōne impij. q꞉ ſcḋm Augu. maior ē iuſtifi
catio impij q̄ꝫ creatio celi ⁊ terre. Voce em̄ ma
gna clamauit. q꞉ difficile ſurgit. quē moles ma
le ꝯſuetudinis p̄mit: ſʒ tn̄ poſt magnā vocē ſur
git. i. ꝑ magnā dei grā̄m viuificat̄ et iuſtificat̄
dū penitet. Dat̄ etiā ꝑ hoc intelligi. ꝙ xp̄c vo-
cat pc̄torē foras exire de ꝯuerſatōne pc̄ti. ⁊ de
occultatōne ei⁹ ꝑ ꝯfeſſionē faciendā ſacerdoti.
Octauū ḡ ē pc̄toꝝ ꝯfeſſio. quā deus admīſtrat
voce magna clamādo. i. magna grā̄ vocando. ⁊
hoc notat̄ in eo. ꝙ Lazarus ꝓdijt de ſepulchro
ꝓdire em̄ eſt de occulto ꝑ ꝯfeſſionē venire. Sʒ
adhuc pc̄tor nō eſt totaliter ſolut⁹. anq̄ꝫ ſuꝑue-
niat abſolutio ſacerdotis: qḋ ſignificat̄ ꝑ hoc
ꝙ ꝓdijt ligatis manibꝫ ⁊ pedibꝫ. Nonū ḡ ē ſacra
mētalis abſolutio. q̄ ſignificat̄ ꝑ hoc. ꝙ xp̄c di
xit diſcipulis ſoluite euꝫ. Potuiſſet q̄dem īme-
diate ſimplici verbo ipſūmet ſoluere. ſicut fecit
ip̄m d̓ monum̄to ꝓdire: ſʒ voluit ſuos diſcipl̓os
ī hoc cooꝑatores hr̄e. q꞉ vult hoc miſteriuꝫ ſa-
cerdotibꝫ ꝯmunicare. Suſcitat ih̄s. q꞉ ꝑ ſeip̄m
viuificat interi⁹. Soluūt diſcipuli. q꞉ miſterio
ſacerdotū abſoluūtur viuificati. xp̄c em̄ ꝑ ſe ī-
tus viuificat. miſtris p̄tatem ſoluēdi tribuit.
Mortuus ḡ ꝓcedens adhuc ligat⁹ eſt. ꝯfitēs ad
huc re⁹. Vt aūt abſoluāt̄ pc̄ta ei⁹. miſtris mā-
datur vt illū ſoluāt. Sicut ḡ dn̄s Lazarū ſuſci
tauit. priuſq̄ꝫ a diſcipulis ſolueret̄. ſic in ꝯtri-
tōne pc̄tm̄ dimittit ⁊ pc̄toreꝫ viuificat. priuſq̄ꝫ
a ſacerdote abſoluatur: cui tn̄ poſtea ſe oñdere
tenetur. Decimū ⁊ vltimū ē ſatiſfactio. q̄ ſigna
tur in hoc ꝙ ih̄s ſubdidit. et ſinite eū abire. Nō
dixit facite eū ad ſepulchrū redire. Sic ſacer-
dos debet principaliter ꝓ ſatiſfactōne iniūgere
hoī. ꝙ de ſepulchro ⁊ de ꝓfūdo pc̄toꝝ ⁊ male cō-
ſuetudinis longe abeat. ⁊ nullaten⁹ recidiuet. ⁊
ampli⁹ nō peccet. Dixit em̄ ſinite abire. nō ſta
re vel iacē ſine exercitō ſpūali. q꞉ ī via dei ſtare
retrocedē eſt: ſʒ dʒ ābulare de virtutē in virtu-
tem. Itē miſtice ꝑ Lazarū languentē. ſignifi
cari etiā p̄t grauē tēptatōem paciens. ⁊ ꝑ ei⁹ ſo
rores ꝑſone ꝓ eius alleuiatōne deuote xp̄m p̄-
cantes. q̄ nō ſemꝑ exaudiūtur: ſʒ talis paciens
aliq̄n ꝑ actuꝫ peccati mortalis mori ꝑmittitur
ab eo qui eſt tante bonitatis ⁊ potentie. ꝙ ſcit
⁊ poteſt bona de malis elicere. In hoc autēꝫ ꝙ
dominus vadit ad eū ſuſcitandū. oñditur eius
clementia inq̄ꝫtum hoīes in peccatis exiſtētes
⁊ q̄ſi mortuos. ac ꝑ ſe ad deū accedere nō valen
tes. miſcd̓iter ꝑueniendo attrahit. ⁊ peccatoreꝫ
nō ſolū mortuū ꝑ culpā: ſʒ etiā aliq̄n fetentem
ꝑ infamiam. ⁊ ſepultū ſub lapide ꝑ obſtinatōeꝫ
ſic reducit ad vitam gr̄e. ꝙ nō ſoluꝫ tollitur ob
ſtinatio ⁊ mors culpe. ſʒ etiā fetor infamie. ⁊ re
ducit̄ ſuauis odor bone fame. Nulla em̄ deſꝑa-
tōni datur occaſio. cū Lazarus iā fetens⁹ ⁊ qua
driduan⁹ reſurrexit a mortuis ⁊ monumento.
Locus aūt infirmi erat bethania: q̄ interp̄tat̄
dom⁹ obediētie. ꝑ qḋ dat̄ intelligi. ꝙ ſi infirm⁹
ſit deo obediēs. p̄t ab eo defacili curari. Et ſcḋm
Anſhelmū. In bethania (qḋ dom⁹ obediētie in
terp̄tat̄) lazarū ſuſcitauit: oñdens oēs q̄ bone
volūtatis ſtudio. huic mūdo morientes in ſinu
obediētie requieſcūt. in vitā eternā a deo reſu-
ſcitandos. Iſta aūt bethania erat marthe ⁊ ma
rie. ꝑ quas duplex vita. ſ. actiua ⁊ ꝯtemplatia
ſignificatur. vt ſic ꝑ hoc intelligi detur. ꝙ ꝑ o-
bedientiā homo ꝑfectus in vita actiua ⁊ contē
platiua redditur. Dicitur aūt de Lazaro. ꝙ
poſtea nūq̄ꝫ riſit. nūq̄ꝫ in geſtu ſigna iocoſa oñ
dit. ꝓ eo ꝙ vite huius erumnis quas moriens
euaſerat redditus fuit. Magis em̄ q̄ꝫ an̄ factus
amator vite illi⁹. penitebat eū vite iſti⁹. Vnde
Aug⁹. O ſi poſſem⁹ excitare hoīes. ⁊ cū ipſis pa
riter excitari. vt tales eſſem⁹ amatores vite ꝑ-
manētis. q̄les ſūt hoīes amatores vite fugiētis
Creditur aūt hoc factū ea die qua ī eccleſia ſo
let legi. ſcilicꝫ feria ſexta ante dn̄icam de paſ-
ſione dn̄i. Monumentū ūo Lazari demonſtrat
eccleſia. ibidem in honore beate Marie magda-
lene cōſtructa. ⁊ grande monaſteriū magna o-
liuarum ſilua circundatum: vbi erat abbatia
ſc̄ti Lazari cū abbatiſſa et monialibꝫ ordinis
ſancti benedicti. Multi ḡ iudeoꝝ qui viderāt
mirabilia que fecerat ih̄s. crediderunt in eum.
Nec mirum. quia illud ſignum fuit diuine vir-
tutis manifeſte oſtenſiuū. ⁊ tale miraculum nō
eſt a ſeculo auditū. ſcilicꝫ ꝙ mortuus quadri
duanus in monumento reſuſcitaretur ad vitā
Vnde ſcḋm Auguſtinū. excedit omne miraculuꝫ
ꝙ ih̄s circa Lazarum fecit. quem ab ipſo infer
ni inquilino. deſtructa lege tartarea redire ad
ſuꝑos iuſſit. Quidā aūt ex ipſis iudeis abierūt
eadē die ad phariſeos. ⁊ nūciauerūt eis que fe-
cit ih̄s. et celebris erat ſermo de eo apud mul-
tos. alij bono alij malo zelo moti nūciauerūt. q꞉

ſicut ex ſignis viſis boni cõuertunẽ ⁊ ꝓficiunt.
ita frequenter mali obdurãẽ ⁊ deficiũt. Boni
quidem nũciauerũt eis. vt mitigarẽt eos circa
ihm. ⁊ ꝓuocando vt crederet. mali õo vt ↄcita-
rẽt eos ↄ ihm. ⁊ ꝑdendo vt ſeuirent. Per bonos
illi ſignanẽ. q̇ bona ĩ alijs ſicut ĩ ſe amãt. ⁊ oĩa
in bonũ interp̃tanẽ. ꝑ malos aũt illi q̇ videtes
ſeruoꝝ dei opa odijs inſequũẽ ⁊ ĩfamare conãẽ

Benigniſſime ihu q̇ quadriduanũ laza-
rum iam fetentẽ a ſepulchro reſuſcita-
ſti. ⁊ a vinculis ſoluere ac libere abire
feciſti. moueanẽ obſecro viſcera miſcðie tue ſu
per me miſerũ. pcc̃i delectatõne. cõſenſu. ⁊ ꝑpe-
tratõne mortuũ. mole male ↄſuetudinis oppreſ
ſum ⁊ ſepultũ. iamqꝫ q̃driduanũ ⁊ fetidũ. ⁊ me
a ſepulchro vitioꝝ reſuſcita. vt ꝑ ↄfeſſionẽ fo-
ras veniã: reſuſcitatũ a vinculis pccoꝝ ⁊ mor-
tis ſolue. ſolutũ ab oĩ ſeruitute liberũ in liber-
tatẽ glorie filioꝝ dei ire concede Amen.

¶ De conſpiratõne pontificum ⁊ phariſeoruꝫ
contra Ihm. Capitulum. XVIII.

Predicto itaqꝫ miracu-
lo de ſuſcitatõne Lazari publicato.
põtifices q̇ erãt maioris auctorita
tis ⁊ magis litterati. ⁊ phariſei q̇ vi
debanẽ p̃ alijs religioſi. ex quibꝰ factũ eoꝝ gra
uius erat. moti ſũt ad tractãdũ publice de mor
te xp̃i. ex ira ⁊ inuidia quã de fama et gloria eiꝰ
habebãt. ⁊ ad hoc faciendũ collegerũt cõciliuꝫ
ſabbato mox ſequẽti aduerſus ihm. timẽtes ſi
dimitterẽt eũ ſic viuentẽ ⁊ ſigna talia facientẽ
ꝑ ip̃m amittere ⁊ locuꝫ ⁊ gentẽ. eo ꝙ oĩs turba
pꝰ eũ iret. eiqꝫ crederet. ⁊ ip̃e ſacra eoꝝ vana et
abolenda eſſe doceret. Cõciliũ a cõciliando eſt
dictũ: qꝛ ↄciliati ⁊ ↄgregati erãt in vnũ maluꝫ
conſenſũ. Et hoc erat primũ cõciliũ qð habue-
rũt cõtra ihm. Prius q̃dem querebãt eũ inter
ficere. nũc aũt ſniam firmauerũt. ⁊ querentes
cõciliũ apte de morte eiꝰ tractauerũt. Videbãt
eñ xp̃m a ꝓp̃lo tanq̃ regẽ honorari. ⁊ qꝛ man-
datũ romanoꝝ erat. vt nullus niſi ꝑ eos debe-
ret rex noĩari. oĩs eñ q̇ ſe regẽ facit ↄdicit ce-
ſari: ideo timebãt ꝙ ſi xp̃m tanq̃ regẽ haberẽt
romani ip̃os rebelles reputarẽt. ⁊ veniẽtes cõ
tra eos. ciuitatẽ ⁊ locũ deſtruerẽt. Vel timebãt
etiã. ne ſi xp̃i doctrina ꝓcederet. templũ ⁊ vni-
uerſa religio. ac reuerẽtia eius vilipenderetẽ: ⁊
iudei nulliꝰ momẽti fierẽt: ⁊ iõ romani ciuita-
tem eis auferrẽt. eoſqꝫ in ſeruitute diſꝑgerent
Vel certe timebãt: ne ſi omẽs in xp̃m crederẽt.
nemo remaneret q̇ aduerſus romanos ciuita-
tem. templũqꝫ defenderet: qm̃ contra ip̃m tem-
plũ. ⁊ contra ſuas p̃nas leges. doctrinã xp̃i eẽ
ſentiebãt. Pontifices ⁊ phariſei ſibi cõſulebãt
nec tñ credere volebãt. Plus eñ ꝑdidi homĩes
cogitabãt. qũo alteri. ſ. xp̃o nocerẽt vt ꝑderent
q̃ qũo ſibi cõſulerẽt ne ꝑirent. Timebant ⁊ cõ-
ſulebãt. Sꝫ trepidauerunt timore. vbi nõ erat
timor. Si eñ xp̃o credidiſſent. ſi eũ nõ occidiſ-
ſent: nec locũ nec gentẽ amiſiſſent. Sꝫ qꝛ xp̃m
occidere nõ timuerũt. ⁊ locũ ⁊ gentẽ ꝑdiderunt
Nã ⁊ romani poſt dñi paſſionẽ ⁊ glorificatõeꝫ
tulerũt eis locũ ⁊ gentẽ. expugnando. occiden-
do ⁊ transferendo. Tꝑalia ꝑdere timuerunt. et
eterna nõ cogitauerũt. ⁊ ſic vtraqꝫ amiſerunt.
Que vt fugituri egerũt. hec qꝛ egerũt nõ effu-
gerũt. Quid vobis ꝓfuit o inſani iudei. ꝙ tãtũ
ſcelus cõmiſiſtis: Nũquid qꝛ xp̃o dño: vt docuit
ſeruire noluiſtis. ideo dño caruiſtis: Dũ eñ il-
li ſeruiunt reges. quibꝰ vos ſeruitis: facti eſtis
mali ſerui. bonoꝝ ſeruoꝝ xp̃i. Per quos cõte-
rit cõtumatiam veſtrã. ꝑ ip̃os diſſipat cõſilia
veſtra. ꝑ ip̃os retribuit ſcelera vr̃a ĩ capita ve
ſtra. Ip̃e aũt dñs quẽ interimiſtis. nõ vos ſer-
uos: ſꝫ liberos eſſe cupiebat: qñ dicebat. ſi vos
filius liberauerit. vere liberi eritis. Vos auteꝫ
dñm deũ regẽ. ⁊ ip̃am verã libertatẽ. nõ ſolũ re-
pudiaſtis: verũ etiã negare cupiẽtes clamaſtis
nõ habemus regẽ niſi ceſarẽ. Cõſidera quot ſũt
hodie hoĩes etiã religioſũ habitũ geſtantes. q̇
iudeos imitãdo. tꝑalia ꝑdere metuũt. et eterna
nõ attendũt. ſic ꝙ vtraqꝫ nõ immerito amittũt
Sũt eñ pleriqꝫ etiã religioſi. q̇ tꝑalia q̃nqꝫ mi
nus iuſte ⁊ oblique acquirẽtes. vel ſic acquiſita
poſſidentes. ea dimittere trepidãt. et ꝓ his eter-
na amittere nõ formidant. Et qꝛ nũc cũ iudeis
tenebras diligũt interiores. ſ. culpe. ideo tũc cũ
eis in tenebras mittenẽ exteriores. ſ. gehenne.
Religioſus ergo cupidus vel vanus ẽ lamẽta-
bilis. qꝛ miſerabilior eſt quodãmodo oĩbꝰ cre
aturis. ſ. carens deo ⁊ mũdo. Tunc Cayphas
quia pontifex fuit. qð eis faciendũ erat decre-
uit. ⁊ ꝓpter auctoritatẽ offitij locutus ẽ dicens.
Expedit vt vnus homo. etiãſi bonus et iuſtus
eſſet. ꝓ ꝓp̃lo moriaẽ. ⁊ populi cõſeruatõne. ⁊ nõ
tota gens ꝑeat. ſi ille in vita maneat. qꝛ bonuꝫ
